

LI.

III

DI.

I

722

De timore casto et seruilis et initialis.
Quo differant castus et seruilis vel initialis.
De timore seruilis et initialis dicunt initium sapientie sed differenter.
Quo castus timor permanet in eternum.
Si timor pene qui fuit in christo fuit seruilis vel initialis.
DI. XXXV. De sapia et scia que differant.
In quo differat sapientia ab intellectu.
Utrum intellectus et scia que in dona numerantur sint illa que naturaliter habet homo.
DI. XXXVI. De conexione virtutum que non sepanit an cuncte virtutes pares sint in quocumque sunt.
Quo in charitate tota lex pendet.
DI. XXXVII. De decem mandatis quod contineantur in duobus.
Quare idolum nihil esse in mundo dicitur.
Quare in spiritu sancto proprie dicitur fieri remissio peccatorum.
De sensu spirituali et carnali legis.
De furto.
De mendacio.
DI. XXXVIII. De triplici genere mendacii.
De octo speciebus mendacii.
Quid sit mendacium.
Quid mentiri.
De omni mendacium peccatum sit siue proficit siue non et quare.
In quibus rebus cum piculo errat vel non.
DI. XXXIX. De periurio.
An sit periurium quod non est mendacium.
De triplici modo periurii.
An iuratio sit malum.
De iuramento quod fit per creaturas.
Que iuratio sit grauior an que fit per deum an que fit per creaturas vel per euangelium.
Quid sit dicere per deum.
De illis qui iurant per falsos deos.
De iuramentum vel promissio contra deum facta non est tenenda.
Si est periurum qui non facit quod incaute iurat.
De illis qui verborum caliditate iurant.
De illo qui cogit aliquem iurare.
DI. XL. Quare lex dicitur comprimere manum non animum.
Que sit littera occidens.
De legis et euangelij distantia.

Incipit liber tertius de incarnatione verbi.

Quoniam venit

DI. I

igitur plenitudo temporis ut ait apostolus: misit deus filium suum factum de muliere factum sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret: ut in adoptionem filiorum dei recipemus. Tempus autem plenitudinis dicitur tempus gratie quod ab aduentu saluatoris exordium sumpsit. Hoc est tempus miserendi et amplexus benignitatis: in quo gratia et veritas per Iesum christum facta est gratia quia per charitatem implet quod in lege precipiebatur. Veritas quia per christi aduentum exhibet atque perficitur humane redemptionis sponso facta ab antiquo. Filius ergo missio est ipsa in carnatione. Eo enim missus est quod in forma hominis mundum visibilis apparuit de quo supra sufficienter dictum est.

Quare filius carnem assumpsit non pater vel spiritus sanctus.

Diligenter vero an

notandum est quare filius non pater vel spiritus sanctus est incarnatus. Solus namque filius hominum assumptus. Quod utique congruo ordine atque alto dei sapientia fecit consilio ut deus qui in sapientia sua mundum condiderat secundum illud. Omnia in sapientia fecisti donec que in celis sunt et que in terris: restauraret in eadem. Hec est mulier euangelica que accendit lucernam et dragmam decimam que perditam fuerat reperit. sapientia patris que testatur humane infirmitatis lumine sue diuinitatis accendit. perditumque hominem repauit nomine regis et imagine insignitum. Ideo etiam filius missus est et non pater quod congruenti mitti debebat quod est ab alio quod quia nullo est filius autem a patre est pater deo a nullo est. Utrum autem ait Augustinus in libro de tri. Non enim habet de quo sit. Sicut ergo pater genuit filium genitus est: ita congrue pater misit filium missus est. Ab illo enim conuenienter mittitur dei verbum: cuius est verbum. Ab illo mittitur de quo natus est. Ab itaque quod genitus est. Pater deo qui missus a nullo est. Ideoque pater missus non est: ne si mitteret ab alio esse putaret. Missus est ergo primo filius qui a solo patre est. Deinde etiam spiritus sanctus qui est a patre et filio sed filius solus in carne missus est non spiritus sanctus sicut nec pater. Quod ideo factum est ut qui erat in diuinitate dei filius in humanitate fieret hominis filius. Non pater vel spiritus sanctus carnem induit: ne alius in diuinitate esset filius alius in humanitate.

Primario

Secundario

Aug.

Tertio

12